



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Pacis impedimenta sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

## CHRISTIANA

Psa.65. Psal. In pace factus est locus eius, &  
2.Co.ul. habitatio. Et Paulus . Pacem habet  
1.Co,14 & deus pacis erit uobiscum. Idem  
Non est discensionis deus, sed pacis.  
Tertium est, quia mentem hominis  
illuminat, ut clarius se cognoscatur,  
potest cognosci per eius oppositum,  
sicut dicit Gregorius . Aqua turbid  
non reddit imagines, sic cor turbid  
tum non clare uidet . P. Augustinus  
Pacem diffiniens dixit quod Pax est  
societas dei, tranquillitas animi, &  
serenitas mentis. Quartum est, pax præsens arra est futuræ pacis. Ultimo  
erit sabbatum ex sabbato &

Augus.

Isa.ult.

Ifydo.

Hieron.

Bernar.

*Pacis incitamenta sunt tria.*  
**Ti.2.** **P**Rimum est, occupatio terræ  
rum. Tim. Nemo militans deo  
implicat se negotiis seculari  
bus. Ifydotus. Nunquam mentitur  
quiem habet, qui curis terrenis  
subdit. Secundum est, familiaritas  
multorum. Vnde Hieronymus. Ab  
scide a te familiaritates multorum,  
ne mens tua in perturbatione fiat,  
quietem dissipet, &c. Tertium est,  
ambitio honorum. Vnde D. Berna  
dus. Dum usurpant homines glori,  
turbant pacem, quia dicit Dominus

INSTITVTO. 174

Gloriam meam alteri nō dabo. Idein.  
O stulti filij Adam qui contemnitis  
pacem, gloriam appetentes, pacem  
& gloriā in perditis. Et Isydotus. Si Isydo-  
nis esse quietus, nihil seculi appetas,  
& semper requiem mentis habebis.

Patientiae incitamenta sunt tria.

**P**rimum est, admonitio sacræ scripturæ. Ephe. Obsecro uos in domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate, & patentia. Thess. Patientes estote ad omnes. Tim. Homo dei sectare patientiam. Iac. Patientes estote ad omnes fratres usque ad adventum domini, &c. Secundum quia homini necessaria est. Vnde Paulus ad Hebreos ait. Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem, &c. Et est necessaria propter tria. Primo, quia patientia armatura nostra est in bello spirituali; quia sicut homo in bello materiali indiget armis, sic in bello spirituali. Vnde Ephe. 5. Induite uos armatura dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, &c. Secundo, quia ipsa est radix omniū uirtutū. Vnde dicit Glosia, super illud Luc. In patien-  
Ephe. 4. Thess. 6. Tim. 6. Isa. 5. Heb. 10. Ephe. 5. Luc. 21.

P 6